

terretur animus meus, quo vos propiores periculo et ob certas caussas maiore in discrimine esse scio. Sed manus Dei nostri ad protegendum sat est et grandis et potens. De Phil. Mel. cum mea tum aliorum multorum anxietas fuit max., quem heri Northusiae esse comperi¹⁾. Christus uirum opt. et max. utilem ecclesiae custodiat. Audiui et Ant. Musam uita sua defunctum esse, quo ex casu et propter rev. p. tuae dolorem dolorem coepi et detrimentum in hoc Ecclesiae tuli grauiter²⁾. Ego ea audiendo cognoui hoc tempore peregrinationis meae, ut de salutari pace Ecclesiarum desperarim. Hic tandem consedi post uarios casus³⁾ cum mea familia et est opus aliqua quiete nobis. Reuocari me curauit Illustriss. Princeps Mauricius, Sed confido eum Clementer ueniam daturum refutationi hoc tempore necessariae meae. Ergebenheitsbezeugung und Segenswünsche Noriberg. X. Cal. Julij.

An Fürst Georg, Nürnberg, 1. August (1547).

... Cum is, qui a tua r. p. prox. literas mihi attulit, proficisceretur longius, Petij ab eo, vt hac reuertens me compellaret, id quod fecit hodie sane properans. dedi igitur has illi literas ad r. p. tuam festinanter scriptas. neque erat, quid magnopere scriberem, praesertim tuae r. p. ministro ueniente illinc, unde materia nunc literarum ferme suppetit. Nam praeterita iam propemodum eluximus. Optarim autem maiore interdum cum attentione animi illorum nos reminisci. Heri ad profundam uesperam literas⁴⁾ accepi a Phil. Mel., ex quibus hoc unum intellexi fuisse eum cum alijs Theologis Vuittenbergensibus Lipsiae⁵⁾. Id mihi ideo satis fuit, quod hic uaria de itineribus ipsius ferebantur. De euentu indicti conuentus⁶⁾ incredibilis est expectatio omnium, sed dispar. Ego qui Deum etiam aliquando suam omnipotentiam uelle ostendere animaduertere mihi uideor, illa minus curo. De his igitur satis. A tua r. p. summisso peto, ut hoc inanium literarum officium sibi gratum esse patiat. Quam ualere feliciss. opto. Norib. Cal. Aug.⁷⁾.

¹⁾ Hier war Melanchthon schon Ende Mai: Corp. Reform. VI, 547 ff.

²⁾ Musas Todestag steht nicht fest, er fällt aber wahrscheinlich in den Juli oder August 1547 (Fraustadt S. 202 und meine Beiträge I, 81).

³⁾ Also kam Camerarius schliesslich eher nach Nürnberg, als Melanchthon erwartet hatte (Corp. Reform. VI, 584).

⁴⁾ = Corp. Reform. VI, 613 Nr. 3949 (Leipzig, 25. Juli).

⁵⁾ Nämlich zu dem von Kurfürst Moritz einberufenen Landtag im Juli (Seifert a. a. O. S. 99, Ißleib in dieser Zeitschrift XIII, 189 ff.).

⁶⁾ Der Reichstag zu Augsburg wurde am 1. September eröffnet.

⁷⁾ Noch Anfang September weilte Camerarius in Nürnberg, wie ein Brief von ihm an Joh. Lang in Erfurt, datiert: „Noribergae Calendis VII bris“, in Cod. A 399 f. 178 der Herzoglichen Bibliothek zu Gotha, beweist, in welchem Camerarius u. a. schreibt: „Hac cum Caesar transiret (24. März: Ranke S. 370), tota ciuitate sollicita et inquieta nostra domuncula contagio isto laesa non fuit. Itaque tunc etiam carui molestia hac belli, quae multis pacatis locis grauissime oblata fuit. Ego Lipsiam reuocor, sed ita sum defatigatus curis, doloribus, labore itinerum, ut nihil mallet quam aliquantisper hic quasi in conspectu patriae acquiescere... Nunc necessitati seruiendum est et satis faciendum officio. Ducis Mauricii non modo non